Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1141
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



ut de populo transmigrationis. Alia
littera cum inciperent proficisci. Sicut
legitur in hystoriis ueteris testamenti.
Nabuchodonosor rex babyloniorum.
filios israel captiuauit. eosque euersa
hierusalem. in babyloniam transtulit.
in qua captiuitate septuaginta an
nis detenti sunt. cuius captiuitatis
causa ad litteram fuit uerbum. quod
dictum est in aula nabuchodonosor
ubi cum dicerentur omnes gentes de
bere subici ei. dictum est. quod iudei re
belles essent uel erant. et ideo eos cap
tiuauit. ideo dicitur in titulo. de uer
bo peregrinationis. Hanc autem captiui
tatem ieremias futuram predixit. et
presentem uidit. et preteritam quadru
plici alphabeto. in tre nis deplora
ag uit. Prophetauit etiam ieremias. post
lxx. annos rediturum populum. in
hierusalem. Inter captiuos uero erant
quidam prophete. scilicet aggeus. ethe
chiel. et alii qui de babylonia. re
ditum intellexerunt in hierusalem.
et predixerunt. atque cum aliis com
pletis septuaginta annis captiui
tatis permittente cyro rege persarum.
hierusalem eorum quidam redierunt.
atque aggeo. et aliis prophetis exhor
tantibus restitutum est templum.
hyic historie alludit titulus. Sed
quomodo in figura nostri omnia conti
gebant. illis. hec potius ad nos spiritua
liter sunt referenda. Sciendum
itaque est duas esse spirituales ciuitates.
in presenti. unam malorum. que in
cepit a cayn. et dicitur babylonia.
altera bonorum que cepit ab abel.
ag et dicitur ierusalem. Iliis ciues facit cu
piditas. hierusalem ciues. facit cari
tas. que licet sint mixte corpore.
separate sunt mente. quarum una
peregrinatur in altera. et captiua
tenetur. Quamdiu enim sumus in
hoc corpore. peregrinamur a domino. quia
de babylonia ad ierusalem suspiramus.
i. de seculo et corpore peccati ad celum.
huius autem peregrinationis et suspirii
nostri. fuit causa uerbum. quod dixit
diabolus primis parentibus eritis
sicut dii. de hac tamen captiuita ag.
te incipit redire. qui incipit deum
amare. Caritas enim ad reditum
mouet pedem. et sicut filii israel
impletis septuaginta annis sub
ihesu sacerdote magno redierunt.
ita et nos xpo duce. qui in septu
agesima septima generatione.
secundum lucam natus est redire inci
pimus. donec in futuro consummato
huius uite septenario. hedis posi
tis. in sinistra. nos in dextera dei
collocemur. hanc spiritualem reuersi
onem intellexerunt prophete pre
dicti figurari. in illa actuali et pro
ista exultauerunt maxime. Vnde
in titulo ponitur canticum. et est
sensus. Psalmus iste dirigens nos
in finem. i. in consummationem
seculi. est dauid. et est canticum. i.
exultacio. que est uox redeuntis
populi. et hoc canticum est de populo ag.
transmigrationis. i. qui trans
migrauit de celo ad terram. de
perfectione ad miseriam. uel confu
sionem. Vel de uerbo peregrinati
onis. i. de populo peregrinante. per
illud uerbum eritis sicut dii. can
ticum dico habitum tunc. cum in
ciperent mente proficisci. de baby
lonia huius mundi. quia non inde
est canticum. quia peregrinati sunt.
sed quia redire incipiunt. Incipit ag.
autem exire. qui incipit amare.
Caritas facit ciuem hierusalem. cupi
ditas babylonis. et si quis corpore
permixti. desiderio sunt separati.
et hoc canticum est Ieremie et ag